



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

48 Imaginaria beneficiorum permutatio, vbi beneficiolum nullius penè
mome[n]ti recipitur pro pinguissimo maximoq[ue].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

quanta fuit in permutatione Glauci & Diomedis, hoc est vt ne pro centesima fortè vel millesima quidem parte beneficium vnum alteri respondeat, vt si cum beneficiolo viginti vel etiam decem duntaxat florenorum annuorum permutetur beneficium quod sexcentorum vel nongintorum est annuorum similia florenorum, equidem, sine vel coniecturis vel præsumptionibus vllis aliis aut ætatis inæqualis aut consanguinitatis aut affinitatis vel alterius cuiuscumque coniunctionis, ex ea sola nudaque beneficiorum inæqualitate tanta permutationem censeo non valere, vt ac tanquam verè imaginariam quæ-
uenummo videatur inita vnico, id est re vici-
ssim præstanda quæ penè sit nihili. quod e-
uidens est argumentum latentis anguis in
herba seu fraudis geminæ, tum simoniacæ
nimirum tum ordinario collatori præiudi-
cialis & iniuriosæ, vel vt minimum poste-
rioris huius vt maximè Simon Magus in fa-
bula non fuerit. Iuris est enim notissimi
venditiones vel alias alienationes quæ fiunt
in fraudem iuris animo donandi, (quando
donatio non est permessa) nullius esse mo-
menti. l. vir vxori. 17. ff. ad SC. Vellian. l.
si quis donationis. 28. in fin. ꝛ. de contra-
hæd. empti. & vendit. l. si sponsus. 5. §. cir-
ca venditionem. ꝛ. de donat. inter vir. &
xor. l. penult. ꝛ. de leg. Iul. repetund. qua-
ly omnino fraus & in imaginariis huiusmo-
di beneficiorum permutationibus euidenter

b v con-

48
Imaginaria
beneficiorum
permutatio,
vbi benefi-
ciolum nul-
lius penè mo-
menti recipi-
tur pro simo-
nismo.

49
*Contractus
imaginarij.*

conspicitur, cum beneficia non donationibus eadem possidentium sed canonicis & iustis deferantur collationibus atque provisionibus. planè contractus imaginarij, quantumlibet absque fraude facti, tamen veri non sunt neque vires habent, siue venditio siue locatio siue societas siue quilibet alius inspiciatur contractus. l. nuda & imaginaria. 55. d. l. si quis donationis. l. cum in venditione. 36. 7. de contrahendi empt. & vend. l. qui per collusionem. 49. ff. de act. empti. l. sicut emptio. 20. l. si quis conduxerit. 46. 7. locati. l. societates. §. in fin. 7. pro socio. l. si quis ante. 10. ff. de acq. vel amitt. possess. l. contractus imaginarij. 54. ff. de obligat. & act. l. imaginaria. 16. 7. de reg. iur. l. empti fides. 9. C. de contrah. empt. & vend. certis tamen rebus expediendis venditiones imaginariæ solent adhiberi quòd aliter commodè negotium non posset expediri cum tamen id expediri vel summa desideret æquitas (vt in l. si usufructus. 66. ff. de iur. dot.) vel alioqui prisca rituum Romanorum ratio postulet, sicut olim in emancipationibus atque testamentis & fideicommissis. §. præterea. Institut. quib. modi ius potest. soluitur. §. 1. Institut. de testam. ord. §. restituta. & ibi Theophil. Institut. de fideicom. heredit. At, inquis, in permutatione proposita non vnus tantum nummus interuenit vel beneficiolum quod vnus dumtaxat est nūmi vel assis, cum florenos aliquot annuos valeat; ideoque permutationem talem non esse prorsus imaginariam. d. l.

ima gi-